

1. De auctoritate D. Th., Leon^{III}, Enc. Aeterni Patris; J. S. Th., C. Th.: de approbatione et auctoritate doctrinae angelicae divi Thomas, T. I, 221-301.
2. Historica introd.: Grabmann.
3. De principiis, Joan., P. Th., "de certis. princ. theol.", T. I d. I, pp. 307-346.
4. De ordine Summar: Joan. "Gagege ad D. Thomas Theologum", C. Th., I, pp. 243-259.

Prologus

1. Catholicae veritatis doctrina non solum provata...
 - a. Veritas catholicae catholica et seu universalis:
 - ex parte ipsius veritatis, scil. divinae, de qua haec doctrina. libri { fides
theol. doctrina.
 - ex parte eorum qui eam profitentur. cf. de Trin. III 3.
 - b. Doctr. Quia doctrina, in I Post. Anal., l. 1, n. 9.
 - Traditur et alio: in I ad Cor., c. 14, l. 2, 344^h.
 - Fides ex audire: de Trin. III, 1, 4^m; ad Rom., c. 10, l. 2, 1506; II II, 6, 1; etc.
 - N. 1^o doctrinam acquirere; 2^o tractare.
 - Pas 1^o en fonction des besoins du temps.
2. Multiples contradictions entre theologos:
 - a. Ceci doit pas ns troubler - car Mapistis de l'Eglise.
 - Mais, pas conclure de là que diff. theolop. sans importance.
 - Notz 1^o: Recomm. de l'Eglise: S. Thomas.
 - 2^o: Difficulté de la vérité naturelle, a fortiori theol.
 - 3^o: fonction de l'erreur et de la dispute. Comparer a l'erreur, cf. in I ad Cor., c. 11, l. 4 (334a) et à tentation.
 - Fin de l'erreur est sic: l'acquisition vérité dans condit. diff. de l'homme.
 - 2^o victoire sur erreur.
 - Orgueil de croire que ns poss. ignorer erreurs - comme ceux qui nient nécessité du mal.
 - b. Rôle des contradictions historig.: Piece Texte Script; pénibles luttas etc...
(Hic existential.)

I. La théologie de la Ste Vierge. Une science une?

II Les noms abstraits prédiqués de la Sainte Vierge.

Ex. Je suis l'immaculée conception
Ego sapientia.

Cf. Ia, q. 3, a. 3.

de Ente et Essentia, c. 3.

de Vent. q. 21, a. 4, ad 4.

Vrai de Dieu et des transcendents, mais comment
de la Ste Vierge?

Commun possible? Opinio: Principe universel qui s'inclut: retour sur elle-m.
Nature de la grâce et la médiation universelle.

III Le "Fiat" et la causalité universelle.

P. Bover.

IV L'assomption de la Ste Vierge.

La définibilité.

V Le couronnement.

Contraste du couronnement du X et celui de la Vierge.

Ici 3 trav. } Prédication de l'abs.
Ego sapientia
Je suis l'immacul.
conception.
Chercher trav. sans ce
sujet.

Quomodo theologia utatur logica — 9 pp. minusc.

De Mundo —

1 page sans titre

Lectio II : 3 pp.

p. II et 2 autres pp. p. titre

9 janv. 41. : 2 pp.

16 janv. : 3 pp.

6 fév. : 2 pp.

pages diverses

De Distinctione Rerum in Communem (Ia P. Q. XLVII)
pp. 10 - et 1 p.

QUOMODO THEOLOGUS UTATUR LOGICA

Nunc t e r t i o determinandum est quod theologia utitur non solum philosophia naturali ad quam " pertinet considerare ordinem rerum quam ratio humana considerat sed non facit, ita quod sub naturali philosophia comprehendamus et metaphysicam " (I Ethic., lect.1., n. 2.), sed " principiis et conclusionibus utitur, et metaphysicae et logicae," ut dicitur in De Trin., Proem. circa fin.

Quaenam sit ista logica qua utatur theologus, determinari potest ex iis quae dicuntur in eodem opusc. De Trin., q. VI, a. 1, c.; de quo etiam videndus J. a S. Thoma, Curs. Phil., T. I., p. 277 et sq. Et ex his locis habemus quod triplex sit usus logicae:

" primus est, quo praebet aliis scientiis m o d u m p r o c e d e n d i artificiose p e r f o r m a m s y l l o g i s t i c a m "

" secundus usus est ipsius logicae docentis, quando praebet aliis scientiis p r i n c i p i a , et non solum formam syllogisticam, ad probationes aliquas deducendas....."

" tertius usus logicae et est ipsi specialissimus, quatenus praebet u s u m in aliis scientiis seu materia probabiliter disputandi sine hoc, quod procedatur demonstrative et resolute usque ad prima principia."

Ita Joannes. Et de his duobus ultimis (de quibus D. Thomas loc. cit.) notandum est quod uterque dicitur dialecticus, ut patet ex I Post. Anal., lect. 20, n.5, et IV Metaph., lect. 4. Et ratio est quia in utroque proceditur ex communibus intentionibus rationis ad aliquid probandum in aliis scientiis.

(a) Usus logicae docentis, seu dialectica primo modo, est demonstrativus quatenus resolvere potest ad principia quae in logica traduntur ut est docens. Non tamen ex hac parte concludit ad ea quae sunt propria in aliis scientiis, sed quatenus deducit ex principiis docentis, deducit ex communibus ad communia. Et si pervenit ad propria in aliqua scientia, hoc est ex propriis in ista scientia. Cujus exemplum datur in I Post., loc. cit.: " Sicut argumentatur quod odium est sunt circa idem." A. v. : Contraria sunt in eodem subjecto. Sed odium et amor sunt contraria. Amor est in concupiscibili. - Ubi notandum quod deductio non est ad concupiscibile, nisi secundum quod jam cognitum ut subjectum amoris, secus haberetur tantum quod amor et odium sunt circa idem; istud autem idem relinqueretur indeterminatum. Unde, si ad proprium pervenitur, scil. ad concupiscibile ut subjectum odii, hoc est quia concupiscibile jam cognoscitur ut subjectum odio contrarii; et ex hoc habemus quod illud idem, quod vi principii " contraria sunt circa idem " remaneret indeterminatum, et concupiscibile a naturali jam cognitum ut subjectum amoris, sunt idem. - Item omnis resolutio ad speciem et genus secundum quod sunt communes intentiones rationis similiter dialectica est. Et aliud exemplum dari potest in mathematicis, ubi linea rec-

** in concupiscibili, in qua
est amor, et hoc quod contraria*

*Ergo odium
est in con-
cupiscibili*

ta dialectice definiri potest quasi limes in quem tendit arcus circuli in infinitum crescentis. Definitio tamen ista non excedit communitatem logicam, secus circulus diceretur linea recta et e converso. Sed quantum resolutio non fit usque ad limitem ut ad terminum proprium attingibilem, definitio est bona, et potest esse principium demonstrationis; et si demonstratio ista est ad propria, hoc esset quatenus ex alio capite scimus istum limitem esse lineam rectam.

- (b) Tertius usus logicae, seu dialectica secundo modo, dicitur dialecticus, quia est ex communibus, sicut dialectica primo modo; sed dicitur specialissimus quia topicus seu probabilis quatenus non pervenit ad terminum discursus, in ipso discursu et inquisitione sistens sicut in termino. Unde "non potest reducere rationis inquisitionem usque ad suum terminum quasi ad quietem, sed sistit in ipsa inquisitione quasi in motu..." (De Ver., q. XV, a. 2., ad 3) Et hic usus simpliciter deficit a ratione scientiae.

Nihilominus notandum est quod dialectica tam primo modo quam secundo, quantum est de se, numquam ad ultimum terminum et proprium perveniunt, ut ex supradictis patet. Et sicutque usus quantum ex communibus procedit, intellectum relinquit quasi in statu motus existentem. Sed aliter et aliter. Nam dialectica primo modo, quamvis terminus in quem tendit inattingibilis sit, est tamen ex alio capite certus: et sic utitur non solum discursu, sed etiam termino discursus, ut patet etiam ex motu arcus circuli in limitem, ubi recta utitur ut limitem; et in exemplo contrariorum, ubi concupiscibili subjecto amoris utitur quasi termino. Unde in hoc usu non remanet intellectus simpliciter in motu quasi absit omnis terminus et ex omni parte incertus. Sed dialectica secundo modo, non habet terminum, ut sit ex omni parte in statu motus existens, et incerta.

Et quia manifestum est quod theologia utatur logica quatenus praebet modum procedendi artificiose per formam syllogisticam, hic tantum determinandum est quomodo theologia utatur dialectica, et primo de usu dialecticae primo modo, seu de usu logicae docentis.

Circa hunc primum triplex distingui potest modus utendi:

Primo modo secundum quod theologia demonstrativa est usque ad propria, ut quando demonstratur quod cum donum sapientiae contrariatur stultitiae, stultitia autem sit in intellectu, ergo et sapientia. Quo discursu ducimur ad proprium sapientiae subjectum, non autem sola vi principii "contraria sunt circa idem," nisi quatenus sapientia et stultitia ut contrariae et intellectus ut subjectum stultitiae cognoscuntur, ut sic utatur termino discursus.

Secundo modo utitur dialectica seu logica ut docente, quatenus theologia movetur in subjectum suum principale etiam secundum quod excedit et secundum se a theologia inattingibile est, ut statim manifestum est ex tractatu de divinis nominibus, ubi theologus dialectice utitur analogia, "scilicet ut tenet se ex parte nominum, non ex parte rerum," de quo J. a S. Thoma, Curs. Phil., I, 490 b 27. - Hic legendus art. 1, Iae q. XIII. - Et in hoc processu intellectus noster ordinat nomina ad aliquid quod excedit conceptionem intellectus nostri ordinantis, ita ut si exprimeret illud ad quod ordinatur eo modo quo est in se, esset contradictio; sed quantum stat in ordinatione

on hant qu'elle subit
l'attraction de son sujet
principal en tant que
celui-ci se détermine.

tantum et sine terminatione, ut sit quasi " ad " relationis sine ultimo inesse, non est contradictio. Unde similiter se habent ista nomina ad Deum, sicut arcus circuli crescentis ad lineam rectam.

Quod autem dictum est de tractatu divinorum nominum, totum etiam theologiae quodammodo convenit, quatenus sapientia est simpliciter. Quod sic ostendi potest.

De ratione sapientiae est cognoscere per ultimas causas seu rationes, ut perfectissima sapientia sit ea quae omnia in uno et per unum cognoscit. Unde sapientia aliqua, etiam quae simpliciter sapientia est, qualis metaphysica, in sapientia deficiet quatenus ex uno non potest omnia et ultima propria perfecte attingere. Et hoc manifestum est ex diversitate rationis entis in metaphysica, ab ipsa essentia divina. Ens enim deficit in hoc quod non est id quo cognoscimus secundum propria ea de quibus praedicatur.

Quod ulterius manifestari potest ex hoc quod universale est duplex, ut multis locis ostendit D. Thomas de cognitione angelica loquens: Ia, q. 55, a. 3; de Ver., q. 8., a. 10; etc.

Nunc vero notandum est quod quilibet intellectus, ex eo praecise quod intellectus est, habet aliquod universalissimum in representando, quod est saltem aliquomodo unum, ut ens apud nos, et in angelo substantia ejus, quae sunt ratio prima et universalissima sub qua cognoscuntur omnia quae naturaliter cognosci possunt. Sed cognoscere aliquid solum in quantum est ens, est imperfectissime cognoscere, sicut cognoscere hominem ut animal tantum. Et hoc universale non est quo cognoscitur res aliqua in propria natura. Universale vero quo omnia usque ad propria cognoscuntur simpliciter est ipsa essentia divina.

Intellectus vero noster perficitur secundum quod magis ad propria descendit, sic relinquens communitatem et ad distinctionem accedens. Sed in hoc non simpliciter relinquit ens unum et universalissimum: secus intellectus noster perficeretur secundum solam distinctionem et meram plurificationem relinquendo omnem unitatem, ut cognitio experimentalis per sensus externos esset terminus ad quem ultimus simpliciter perfectissimus. Hujusmodi distinctio esset quasi motus in negationem cognitionis. Et ideo dicendum est quod accedens ad majorem distinctionem et proprietatem, retinet intellectus unitatem in quam omnia resolvit ultimo. Et in hoc imitatur sapientiam divinam et appropinquatur ad istam in obliquo et quasi ad latus, ut ipsa essentia divina, quatenus Deo est id in quo et per quod omnia cognoscuntur, sit limos ad quem movemur.

Hic autem valde notandum est quod motus iste dicitur dialecticus, quatenus limos ejus ex ipso motu consideratur ut non sit nisi terminus communis, proprie et simpliciter inattigibilis, eo modo quo linea recta in quam movetur arcus circuli terminus communis est, non autem proprius et attingibilis. Id enim quod motu aliquo dialectico proprie attingitur est ipsa appropinquatio cujus esse est quasi " ad ", quatenus appropinquatio dicitur per habitudinem ad id cui appropinquatur. (Cujus exemplum dari potest ex majori probabilitate, quamvis motus de quo nunc loquimur non habeat rationem probabilitatis quae propria est dialecticae secundo modo, i.e. topico: nam terminus

proprius crescentis probabilitatis non est certitudo - quia medium probabile numquam potest per se et ab intrinseco sui certitudinem inferre - sed major probabilitas semper, i.e. quae potest citra limitem in infinitum crescere)

Unde, secundum hanc ordinationem, sapientia metaphysica habet processum dialectum adjunctum et quasi subiacentem, quatenus movetur in Deum, subjectum suum principale, quem numquam possit ita perfecte attingere ut intellectus quiescat. Motus autem iste non ponit aliquam exigentiam, sed est naturalis ut dialecticus. Est autem necessarius metaphysicae quatenus sapientia metaphysica non potest Deum considerare nisi excedentem et per remotionem, ut removendo et negando, quasi in obliquo et ad latus ipsum attingat, et hoc est dialectice attingere. Et hunc terminum oportet metaphysicam respicere semper ne versa sit in statum salis.

Et processus iste dialecticus in sapientia nostra habet quamdam principalitatem, quatenus sumitur a limite secundum quod limites excedit: dicitur enim dialecticus propter limitem excedentem. Unde habet excellentiam et nobilitatem ex termino; defectum vero ex modo: quae duo simul stant ut perfectio et humilitas. (Ad maiorem huius intelligentiam exemplum dari potest ex probabilitate, quamvis motus de quo nunc loquimur non sit topicus, sed dialecticus primo modo: "Magis concupiscimus scire modicum de rebus honorabilibus et altissimis, etiam si topicum et probabiliter sciamus, quam scire multum, et per certitudinem, de rebus minus nobilibus. Hoc enim habet nobilitatem ex se et ex sua substantia, illud vero ex modo et ex qualitate." De An., Lib. I, lect. 1., n. 5.)

Tertio modo theologia utitur logica docente, quatenus eo usu profundius imitatur summam sapientiam in mobilitate, processione, et similitudine. Motus enim dialecticus in terminum excedentem habet nobilitatem ex isto termino, ut dictum est: nunc vero determinandum est quod sub alio respectu habet nobilitatem ex hoc quod imitatur ipsum motum qui est de ratione sapientiae secundum quod sapientia dicit ordinem et ordinationem. Ad huius autem determinationem plura consideranda sunt:

1°. Quod ut jam supra dictum est, cujuslibet ordinis cognitio non dicitur sapientia, sed cognitio ordinis qui habet principium simpliciter primum. Principium autem simpliciter primum est illud ex quo omnia sunt simpliciter, i.e. quantum ad omnia, ut omne quod habent sit ex primo, non ut a termino a quo extrinseco, sed intrinseco ex quo. Unde principium hoc habet rationem radicis; et ex eo esse rationem processionis; et originationis quatenus processio cum ordine; et vitalitatis quatenus processio ab intrinseco; et similitudinis quatenus procedens omne quod habet, ex principio habet; et imaginationis propter ordinem et originem.

2°. Quod unitas et distinctio sunt de ratione ordinis et sapientiae, ut dictum est in initio. Unde quo magis participatur de ordine quatenus ordo habet rationem perfecti, eo magis acceditur ad unitatem retinendam distinctionem. In eo enim qui est summe unus, invenitur ordo perfectissimus: ut patet ex Filio a Patre procedente ut sit imago omnino indifferens, cum habeat eandem numero formam et maturam cum eo quam imitatur. Ubi distinguitur sapientia genita et ingenita.

en tant qu'elle mène
la mot sapientiel.

3°. Haec omnia de sapientia dicta sunt in Sacra Scriptura:

- " A mari enim abundavit cogitatio ejus, et consilium illius ab abyssu magna.
- " Ego sapientia effudi flumina.
- " Ego quasi trames aquae immensae de fluvio, ego quasi fluvii dioryx, et sicut aquaeductus exivi de paradiso.
- " dixi: Rigabo hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum.
- " Et ecce factus est mihi trames abundans, et fluvius meus appropinquavit ad mare:
- " quoniam doctrinam quasi antelucanam illumino omnibus, et enarrabo illam usque ad loginquum.
- " Penetrabo omnes inferiores partes terrae, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino."
- " Adhuc doctrinam quasi prophetiam offundam, et relinquam illam quaeerentibus sapientiam. Ecclesiasticus, XXIV, 39-46.

- Pater* *P. Virge* *creation*
- " Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. *fil. Verbe*
 - " Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret.
 - " Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant:
 - " necdum montes gravi mole constitorant: ante colles ego parturiebar:
 - " adhuc torram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terrae
 - " Quando praeparabat coelos, adoram: quando certa logo, et gyro vallabat abyssos:
 - " quando aethora firmabat sursum, et librabat fontes aquarum
 - " quando circumdabat mari terminum suum, et logem ponebat aquis, ne transirent finis suos: quando appondebat fundamenta terrae.
 - " Cum eo eram cuncta componens: et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore;
 - " ludens in orbo terrarum: et deliciae meae esse cum filiis hominum."

Prov., VIII, 22-31.

- " est enim in illa spiritus intelligentiae, sanctus, unicus multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefactions, humanus, benignus, stabilis, certus, socurus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, et qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis.
- " Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem ubique propter suam munditiam.
- " Vapor est enim virtutis Dei, et omnatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera: et ideo nihil inquinatum in eam incurrit.

- " candor est enim lucis aeternae, et speculum sine macula
Dei maiestatis, et imago bonitatis illius.
- " Et cum sit una, omnia potest: et in se permanens omnia in-
novat, et per nationes in animas sanctas se trans-
fert, amicos Dei et prophetas constituit.
- " Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia in-
habitat.
- " Est enim haec speciosior sole, et super omnem dispositio-
nem stellarum, luci comparata invenitur prior.
Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vin-
cit malitia.
- " Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit
omnia suaviter.

Sap., VII., 22-VIII., 1.

4^o Quod quando aliqua distincta non habent eandem numero formam et naturam, possumus tamen nos aliquam identitatem concipere quae de distinctis praedicabilis sit cum identitate, ut quando dicitur quod linea recta et linea orbiculata sunt eadem dimensio. Ista vero identitas est secundum rationem tantum. Nihilominus, mediante hac identitate, possumus ex orbiculata in rectam movere quasi in litem: sed si limes attingibilis esset destrueretur distinctio rectae ab orbiculata; et si distinctio esset sine motu unius ad alteram, non esset imitatio, quia non esset ordo, origo et expressum. In hac igitur identitate cum motu intra se de distincto ad distinctum invenitur similitudo cum sapientia Dei genita et ingenita.

His consideratis, nunc determinandum est quomodo sapientia nostra utitur hoc motu.

Scientia nostra naturalis in sapientia deficit, quatenus habet pluralitatem primorum principiorum ut sunt media cognoscendi: media enim cognoscendi in metaphysica alia sunt a mediis naturalis et mathematicae. Et hoc est quia cognitio nostra mensuratur a rebus et ex abstractione dependet. (In philosophia naturali, materia et forma, principia ontis mobilis, sunt etiam principia scientiae apud nos.) Nec in theologia naturali primum rerum principium cognoscitur nisi per resolutionem in aliqua principia quae sunt prima quoad nos. Et quamvis metaphysica nostra sapientia sit, remanent tamen principia aliarum scientiarum in unoquoque genere simpliciter prima quoad nos. Et tamen metaphysica sapientia est, quia principia omnium scientiarum quarum metaphysica dicitur rectorix, habent aliquam unitatem ordinis. Nihilominus; scimus nos istum ordinem impedimentum esse sapientiae quatenus habeat de multiplicitate mediorum, quamvis isto ordo simul sit id ex quo metaphysica sapientia esse possit. Unde si possumus nos aliquomodo istam multiplicitatem superare, secundum hoc etiam magis in ipsa ratione sapientiae participamus.

Medium autem quo hoc possibile nobis fit est motus dialecticus, qui fundatur in aliqua intentione rationis. Ergo, quamvis scientia nostra a rebus mensuretur, a quibus habet multiplicitatem mediorum, potest tamen intellectus noster aliquid facere, scilicet ens rationis, quo mediante multiplicitatis reductio fit: et hoc simpliciori medio utendo profundius radicamur in ipsa ratione sapientiae. Est tamen valde notandum quod hoc medium dicitur perfectius quam media scientiis propria eo modo quo opinio de nobilibus dicitur melior quam certitudo de inferioribus.

Notandum est ulterius quod reductio ista dialectica procedit ac si a parte rerum inveniretur et naturarum, ut patet in reductione orbiculatae in rectam, et bruti in hominem. Ratio hujus in cursu methodologiae determinanda est.

Fundamentum ergo hujus processus est duplex: primum est a parte rerum, non absolute, sed quatenus subsunt intellectui divino in quo attinguntur uno, et a quo procedunt; secundum est logicum, quatenus possumus nos multa distincta et secundum rem aequivoca in unum reducere quod de inferioribus diversis praedicabile est cum additione unitatis et identitatis, ut genus de individuis, et genus remotum de speciebus. Et quando ex hac identitate tenditur ad diversa, quasi negando diversitatem et iterum negando unitatem, tendentia haec dicitur motus dialecticus. Ad motum igitur dialecticum non sufficit reductio ad genus et praedicatio ejus cum identitate, hoc enim est solum fundamentum et principium adhuc extrinsecum: sed oportet ex uno diverso ad aliud diversum movere, non quatenus ejusdem speciei sint vel ejusdem generis, sed

quatenus diversa. Non potest autem processus iste ad distincta terminari, eo quod individua exeunt a specie per divisionem speciei, et species exeunt a genere proximo per essentialem divisionem generis proximi.

-(Talis reductionis exempla abundant in disciplinis physicis quatenus copiose dialectica utuntur, ut patet in comparatione motuum. Quia enim motus recti et circularis sunt diversae species motus et diversae species magnitudinis, comparabiles non sunt, nec quantum ad velocitatem: " sicut in aliis requiritur ad hoc quod sint comparabilia, quod non sint aequivoca, et quod sit idem primum susceptivum, et quod sit eadem species; sic et circa motum aequae velox dicitur illud quod movetur in aequali tempore, per tantum et aequale alterius longitudinis, ' in hac ", i. e. secundum mutationem ejusdem speciei. " (S. Th., VII Phys., lect. 8, n. 1) Et tamen in physicis frequentius comparantur, ut ex comparatione unum diversum per alium sufficienter attingatur. Sed hoc non est secundum concretam considerationem naturalis. Ut enim dicit D. Thomas (loc. cit., lect. 7, n. 9) : " est autem considerandum, quod multa quidem secundum abstractam considerationem vel logici vel mathematici non sunt aequivoca, quae tamen secundum concretam rationem naturalis ad materiam applicantis, aequivoco quodammodo dicuntur, quia non secundum eandem rationem in qualibet materia recipiuntur. " Sed hujus abstractionis usus circa naturalia dialecticus est, quatenus utitur genere quasi specie, non autem quatenus reducit ad genus.)

Ex quibus omnibus patet quanta sit sapientiae et dialecticae proximitas, et quatenus dialectica est instrumentum, et quatenus imitativa est motus sapientiae, ut usus dialecticae procedat ex desiderio sapientiae. Et hoc desiderium apud modernos inordinatum invenitur, qui motum dialecticum et sapientiam divinam in idem omnino reducunt, quasi nostra sapientia dialecticâ utens sit ipsa divina sapientia, ut patet praesertim apud Hegel et sequaces ejus, necnon apud recentiores omnem scientiam tantum hypothetico-deductivam reputantes et nosmetipsos omnium principiorum formaliter esse principium.

* ad Et hoc primo patet ex deductione hegeliana qua perverso imitatur sapientia divina concipiendo ens indeterminatissimum ut essentiam supremam vitam et mobilem ex qua et intra quam procedit multitudo et aliarum essentiarum et rerum usque singularia diversitas et differentia. Processus autem isto possibilis non est nisi secundum confusionem quamdam entis et non-entis: talis autem confusio non nisi logice possibilis est, ut manifestum ex negatione absoluta hominis, scil. ' non-homo ' quod dicitur aequaliter de ente et non-ento, cujus tamen unitas non est nisi secundum quid, seu secundum rationem tantum, ut simpliciter impossibile sit non-hominem esse secundum rem. Hegel vero, ut deductio ista adaequate rebus correspondeat, rejicit contradictionem, et ponit contradictionem attributam ut infinitae fecunditatis principium. Et sic apud istum philosophum corrumpitur omne iudicium et omnis scientia in prima radice, qua corruptione nulla profundior excogitari possit. (De quo hic legendus est Karl Marx, Textos Choisis, pp. 2-5)

a Patet secundo quod omnes moderni, secundum quod rejiciunt prima principia per se nota et certissima, et omnia principia considerant quasi hypotheses, hi etiam abutuntur sapientia. Abutuntur quatenus rejiciunt principia imposita intellectui nostro ex experientia sensibili. Verum est autem quod sapientia nostra metaphysica deficit in ratione sapientiae, quatenus primum principium certissimum et in quod omnia resolvuntur

ultimo, non est principium secundum res primum quod est Deus ipse: et sic non est nisi principium in quod resolvuntur omnia secundum scientiam nostram, non autem secundum rem: et sic sapientia nostra habet aliquam dependentiam, quatenus non est nisi imitatio quaedam sapientiae divinae. Et sub hoc respectu moderni habent collum superbum in hac quod intellectus eorum nolit accipere nisi primum principium quod est ipse Deus, et secundum hoc nec esse volunt nisi sint ipse Deus. Et in hoc simul stulti sunt et superbi.

Quia vero facillime dialectica abutimur, ex hoc non sequitur quod processus dialecticus sit de se malus et falsus; sed potius propter suam excellentiam et efficaciam, habet tantum periculum.

Diximus ergo dialecticam habere perfectionem non solum in quantum isto processu appropinquamus ad sapientiam divinam quasi ad terminum semper excedentem; sed etiam secundum quod habet de processione in similitudinem, seu secundum quod intra ipsum processum adest ratio originis ex primo principio et imitatio hujus principii ex parte ejus quod procedit. Ea enim quae a primo principio procedunt, procedunt a principio ut primo secundum quod omnia quae habent sunt ex primo principio, ut non sint nisi ex similitudine principii.

Et ista duo, scil. major imitatio per appropinquationem ad sapientiam Dei; et ipsa imitatio quatenus est de ratione sapientiae, in unum convertuntur, quia sapientia non est nisi sit imitatio, et imitatio proprio sapientialis non est nisi in Deum tendat ut in id quod imitatur.

Theologia utitur dialecticâ topicâ, de qua supra p. 2 (b), dupliciter: primo improprie ut via ad scientiam et inquisitio praevia - dicitur 'improprie' quia theologia secundum se est habitus scientificus, topica vero opinionem tantum inducit; secundo proprie, quando theologus de re aliqua habet demonstrata quasi termino rationum probabilium, ut patet ex generali processu Summae contra Gentiles. Sed hic ultimus modus quodammodo reducitur ad dialecticam primo modo.

Nunc ultimo considerandum quomodo sapientia theologica (contra metaphysicam) creaturas considerat. Quod statim manifestum est ex ratione formali theologiae, scil. ratio Deitatis. Ex quo sequitur quod creaturas non considerat nisi secundum quod a Deo procedunt et in Deum a Deo convertuntur. Res autem procedunt a sapientia divina. Sapientis autem est ordinare. Ergo procedunt a sapientia secundum quod ordinatae sunt a Deo et in Deum. Et sic ordo universi est potissima perfectio ejus, quia in hoc propriissime salvatur ratio sapientiae.

Nunc determinandum est

- Primo: de distinctione rerum in communi.
- Secundo: de ordinibus particularibus universi.
- Tertio: de mundo rerum corruptibilium:

Primo: secundum naturam (quatenus a theologo consideratur).

Primo: in statu motus;

Secundo: in statu termini.

Secundo: secundum quod in finem supern. ordinatur.

Primo: sub statu motus;

Secundo: in statu termini.

*demonstrationem
et ulterius
etiam rationes
probabiles
in quibus utitur
cum certitudine
quatenus utitur
veritate*

DE MUNDO.

Prooemium: in quo ostenditur theologiam nostram catholicam proprie esse scientiam et principaliter speculativam; item sapientiam cujus proprium sit ordinare; tum de theologia quatenus ut sapientia utitur logica.

Totum dividitur in partes tres:

In prima parte tractatur de distinctione rerum in communi secundum Iam, Q. 47, quatenus distinctio rerum sit opus divinae sapientiae.

In secunda parte tractatur de ordinibus particularibus totius universi creati, ut sunt angeli et mundus, secundum quod de eis agitur in Ia S. Theol.

In tertia parte tractatur de mundo rerum generabilium et corruptibilium in specie. Haec tertia pars iterum dividitur in duas partes:

In prima parte tractatur de mundo rerum generabilium et corruptibilium secundum naturam suam absolute, quatenus tamen a theologo attingitur. Quae consideratio duplex est:

Prima est de mundo nostro quatenus propria ejus et essentialia dialectice derivari possunt ex superioribus partibus universi. In qua etiam ostenditur quare scientia de rebus naturalibus differt ab aliis scientiis.

Secunda est de mundo nostro secundum duplicem statum:

Primus est status motus et formationis.

Ubi ostenditur quod mundus naturaliter formabilis est:

primo quantum ad ipsam naturam. Et circa hoc ostenditur:

primo in quo consistat ratio formabilitatis;

secundo quod mundus noster formabilis sit quantum ad ipsa naturalia;

tertio quid sint rationes seminales apud S. Augustinum et D. Thomam.

secundo quantum ad gratiam, quatenus homini secundum naturam suam intellectualem inest imago creationis, quae est proximum fundamentum elevabilitatis. Et circa hoc tria:

primo de imagine et vestigio in communi;

secundo de imagine absolute;

tertio de vestigio ut ordinato ad imaginem.

Secundus est status termini. Et circa hoc duo

primo de ipso homine in statu termini, ubi ostenditur quomodo evidens ratio suffragatur resurrectionem carnis;

secundo de statu termini totius universi corporei et circa hoc duo:

primo quid D. Thomas sentiat de motu coeli et de elementis in isto statu.

secundo quod in isto non amplius erunt generatio et corruptio, nec plantae nec bruta animalia.

In secunda parte tractatur de mundo nostro secundum quod in finem supernaturalem ordinatur, iterum secundum duplicem statum.

Primo de statu formationis. Quae consideratio iterum duplex:

Prima est de formatione mundi secundum Augustinum et quatenus de ea tractatur in Ia S. Theol., post tractatum de angelis. Et circa hoc tria:

primo de angelorum cognitione matutina et vespertina;

secundo de ipso opere sex dierum;

tertio peculiariter de formatione primi hominis.

Secunda est de formatione mundi secundum ordinem reparationis, et quatenus opus misericordiae. Et circa hoc quatuor:

primo de gradibus manifestationis secundum gratiam;

secundo de peculiari hominis formabilitate et elevabilitate ratione imperfectionis.

tertio de Matre Dei quatenus habet rationem primi principii.

quarto de Christo et B. Virgine quatenus habent rationem originalis. Et hoc dupliciter:

primo respectu mundi nostri quatenus
secundum naturalia formabilis est
ad originale etiam ordinis super-
naturalis;

secundo respectu totius creationis.

Secundo de statu termini quantum ad ordinem
universi qui sequitur Redemptionem. Et
circa hoc duo:

primo in quo differt ab ordine rerum
secundum conditionem naturae absolute

secundo in quo differt etiam ab ordine
rerum secundum quod de eis tractatur
in Ia Summae Theol.

1) Quod scientia dei sit sapientia.

Diffic. non est circa sap., sed de se., quia si se., tunc etiam sapientia.

Sed scientia opponit aliquam pluralitatem circa objectum, et ratio quod unum sit ratio alterius.

Ergo opponit ordo: et ordo relate ad primum principium. Ergo sapientia.

De seia, Joannes II

Unde, si in deo non est ~~sap. per se.~~ proprie, nec sapientia.

Alia difficultas: ordo duo { distinctio: cf. Joannes
prior et posterior: cf. Cajetan.

Atque, in deo non prior et posterior.

Unde ordo de se nulla imperfectio.

Est tamen 2^{us} ordo: { sapientia
materialis

2) Quomodo Theologia sit sapientia I, 1, 6.

Quomodo differat a metaphys.

3) Quomodo sapientia theol. utatur cognitione naturalis:

- principis scientiarum logicalium et naturalium.

- utitur logica 2^{ter}: { logica ~~deum~~ utens 1^o modo } de Prim.
" utens 2^o modo

Quare utatur logica 2^o modo: hic ratio imitationis.

4) Quomodo theol. creaturas consideret.

Sec. qd ordo rerum a sapiente reorganisatur.

Ut in fine primae lectionis dictum est, in Deo invenitur ratio sapientiae proprie et formaliter, non solum relate ad creaturas, sed etiam et maxime relate ad seipsum absolute. Ordo autem est de ratione sapientiae. Unde Deus nequit relate ad seipsum absolute sapiens dici, nisi secundum quod in eo salvatur ratio ordinis.

Difficultas autem non est circa sapientiam divinam ut sic, sed circa scientiam. ~~XXXXXXXXXXXX~~ Sapientia enim addit aliquid ad scientiam ita ut omnis sapientia sit scientia, non autem e converso. Scientia autem supponit aliquam pluralitatem ex parte objecti et ordinem. Quod autem in Deo sit formaliter scientia etiam respectu priorum attributorum, videri potest apud J. a. S. Thoma, Curs. Theol., T. II, p. 349 et seq. ~~XXXXXX~~ Scientia autem ista est sapientia, cum sit per altissimas rationes.

Si autem scientia ordinem supponit, et si in Deo est ~~xx~~ formaliter ~~xx~~ scientia respectu ~~suiipsius~~ suiipsius, sequitur quod ordo de se nullam imperfectionem includit. Imperfectio autem videtur esse de ratione ordinis. Nam, ut supra dictum est, ordo duo includit, scil. distinctionem, et prius et posterius. Prius autem et posterius aliquam diminutionem dicunt, ut posterius priori imperfectius sit, secundum quod habet dependentiam a priori. Quod in Deo esse non potest.

Ad hoc autem respondetur quod prius et posterius non sunt de ratione ordinis secundum quod diminutionem important et dependentiam ab aliqua causa, vel a principio perfectiori, sed secundum quod dicunt rationem ~~originis~~ principii et ~~originis~~ originis. Quod manifestum est in SS. Trinitate, ubi salvatur perfectissimus ordo sine prioritatem, de quo D. Thomas, Ia, q. 33, a. 1, ad 3; et q. 42, a. 3, c. De qua difficultate Cajetanus haec habet, n. iii: "Circa hanc partem.....sed linguam cohibeant".

Et haec sufficiunt de iis quae sunt sapientiae propria.

Secundo declarandum est quomodo in theologia salvetur ratio sapientiae, de quo D. Thomas Ia, q. 1, a. 6: "Respondeo.... maxime dicitur sapientia."

Ex quo confirmatur quae diximus de sapientia ~~divina~~ Dei relate ad seipsum absolute. Theologia enim dicitur sapientia non solum secundum quod determinat de Deo in quantum Deus est creaturarum altissima causa; sed ~~etiam~~ in quantum determinat "etiam quantum ad id quod notum est sibi soli de seipso".

Et ibidem indicatur differentia inter sapientiam theol. et sapientiam metaphysicalem. Haec enim est de Deo "quantum ad illud quod est per creaturas cognoscibile". De quo etiam J. a. S. Thoma, Curs. Theol., T. I, p. 347, a.

sit

